Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuus: quomodo quidam dicunt in nobis quia re
surrectio mortuorum non est. Si autem non est mortuorum non est
neque xpus resurrexit. Si autem xpus non resurrexit: i
anis est ergo predicatio nra in anis est et fides nra
Inuenimur autem et falsi testes dei: quoniam testimo
nium dicimus adversus deum quod suscitauit xpum
quem non suscitauit. Si quidem si mortui non resurgunt:
neque xpus resurrexit. Quod si xpus non resurrexit
vana est fides nra. Adhuc enim estis in peccatis vestris
Ergo et qui dormierunt in xpo perierunt. Si in hac
vita tantum in xpo sperantes sumus miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Nunc autem xpus re
surrexit a mortuis primitie dormientium: quia quidem per
hominem mors per hominem et resurrectio mortuorum. Et sicut in adam
omnes morimur: ita et in xpo omnes vivificabi
tur: vnusquisque autem in suo ordine: primus xpus de
Illo tpe. Dixit dns ihesus discipulis suis lucam 17
suis. Cum autem ducent vos in synagogas et ad ma
gistratus et potestates: nolite solliciti esse qualiter aut
quid iudicetis aut quid dicatis. Spiritus enim sanc
tus docebit vos in ipsa hora: quid oporteat dicere. Ait
autem quidam ex de turba. Magister: dic fratri meo: ut
diuidat mecum hereditatem. Ait ille dixit ei. Homo
quis me constituit iudicem aut diuisorem super
vos? Dixitque ad illos. Videte et cauete ab omni
auaritia: quia non in habundantia cuiusquam vita
eius est ex hijs que possidet. Dixit autem similitu
dinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis
vberes fructus ager attulit et cogitabat intra se dic
ens: Quid faciam quod non habeo quo congregabo